

Parabola IIII  
DE HERETICO FIDEM SIMVLANTE VT FALLAT

Lupus, ut ouium gregi insidiaretur, ouinam pellem indutus pecudem se esse simulabat. Fraudis inscię oues consortium ferę non deuitabant eam suum genus esse credentes. Dum ergo parum sibi cauerent, rapiebantur. Pastor uero, cui ouilis sui multa cura erat, cum pecudum numerum in dies deficere miraretur sollicitusque inquireret, deprehendit lupi dolos. Iacebat ille humi prouolutus et pelle tectus aliena, sed caudam sub ea condere non ualens, quis esset, apparuit. Mox pastoris fuste percussus dimissa pelle quam induerat ululando effugit nec postea est ausus misellas lacessere oues uerbera metuens pastoris. Quem tanto plus timebat quanto fortiorem in uulnere sibi inflicto expertus fuerat.

Lupus hereticus est, qui se ouem mentitur dum nobiscum sentire simulat. Caudam autem celare non potest quia sermonis eius finis, cum semper falsum concludat, quantum ipse a ueritate deuiet, ostendit. Denique ubi cum aliquo erudito ecclesię p̄siede disputatione contendens uictus discesserit, ueretur iterum congregari ne, dum ab eodem euidentioribus adhuc repercutitur argumentis, coram multis confusus cogatur erubescere. Porro oues, quę illius p̄da fuere, simplices erant, prudentes non erant. Ille autem huiusmodi luporum mortiferos morsus non timet qui non solum simplicitatem columbarum habet, sed etiam serpentis prudentiam. Vis ergo esse a periculo tutus, simplex esto in credendo, prudens in cauendo, dicente

*Mt VII Domino: Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.*

## Četvrta priča

### O KRIVOVJERCU KOJI SE PRETVARA DA VJERUJE, A HOĆE DA PREVARI

Da bi zaskočio stado ovaca, obukao se vuk u ovčju kožu i pretvarao se da je ovca. Ne znajući za njegovu varku, nisu se ovce klonile druženja sa zvjerkom vjerujući da je njihova roda. Kako su se dakle slabo čuvale, on ih je grabio. Pastir se pak, koji se mnogo brinuo za svoj ovčinjak, čudio kako se broj ovaca iz dana u dan smanjuje. Zabrinut, tražeći razjašnjenje, otkrije vučju prijevaru. Taj je, ispruživši se, ležao na zemlji pokriven tuđom kožom, ali kako pod njom nije mogao sakriti rep, pokazalo se tko je. Domalo ošinit pastirovom batinom, ostavi kožu u koju se bio obukao i pobježe zavijajući. I nije se poslije usuđivao dosađivati jadnim ovcama bojeći se pastirovih batina. A to se više bojao pastira što je jače osjetio njegovu snagu kojom mu je zadao ranu.

Vuk je krivovjercak koji se lažno predstavlja za ovcu kad se pretvara da vjeruje isto što i mi. No ne može sakriti rep, jer svršetak njegova govora pokazuje koliko zastranjuje od istine budući da uvijek izvodi lažne zaključke. Ukratko, kad nadmećući se u raspravljanju s kojim obrazovanim braniteljem Crkve bude pobijeđen te se povuče, boji se drugi put ogledati s njim da ne bi, pobijen od toga istoga još bjelodanim dokazima, bio prisiljen onako zbunjen crvenjeti se pred mnoštvom svijeta. A ovce što su postale njegov plijen bile su prostodušne, ali nisu bile razborite. Onaj se pak ne boji smrtonosnih ugriza takvih vukova koji ima ne samo golubinju prostodušnost nego i zmijinju razboritost.<sup>7</sup> Hoćeš li dakle da budeš siguran od pogibelji, budi prostodušan u vjerovanju, a razborit u čuvanju! Jer Gospodin veli: “Čuvajte se lažnih proroka koji dolaze k vama u ovčjem ruhu, a iznutra su grabežljivi vuci! Prepoznat ćete ih po njihovim plodovima.”<sup>8</sup>

*Mt 7*

---

<sup>7</sup> Usp. Mt 10,16.

<sup>8</sup> Mt 7,15–16.